post Dnicam septuagesimae in anno millesimo sexcentesimo quadragesimo octavo
descendendo ad bona Bodaki ibidem Generosus Stanislaus olim Christo
pheri Zuba in certam sortem dictam ossowij i dolina seu sadek ad granic
Trzesowska longitudine protendens latitudine vero inter metas Generosi Christo
pheri a Zale Zelski Notarij Terrae Bielsensis et ab altera parte Nobilis Ni
colai Kiernozycki eidem per Generosam Helenam filiam olim Generosi Math.
Zuba relictam primi olim Generosi Joannis Kiernozycki secundi autem
connubij olim Generosi Adami Biedrzycki coram Actis Terrestribus Bielsensibus
Feria secunda post Festum Circumcisionis Christi Domini Millesimo
sexcentesimo quadragesimo octavo modo perpetuae donationis
eorundem bonorum cum suis utilitatibus et attinentiis iuxta laterem
eiusmodi inscriptionis sub nemine nec alio tam vivo quam ...
impugnante intromisit introduxit et in pacificam possessionem ...
suam reliquit Nobilibus eam in toto attestans ad acta praesentia

Olszewska Malinowska Reform...

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneis Bransensis ...
Nobilis Albertus olim Christophori Malinowski sanus mente et cor...
existens palam recognovit Quia Nobili Mariannae Olszewska consorti
legittimae ratione vero dotis post eam acceptae et in bona sua im...
in medietate omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium ...
habitorum et in post favente divina clementia habendorum summam ...
ptuaginta sexagenarum polonicalium vero dotis et aliam summam decem sex...
rum polonicalium addotalicij inscribit reformat et assecurat more aliarum
dotaliciorum hoc in Regno polonicalium observari solitorum personali sua reco
gnitione in praemissis mediante.

Malinowskiech mutua advitalitas

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneis Bransensis personaliter comparentes
Nobiles Albertus olim Christophori Malinowski ab una et Nobilis
Marianna Olszewska invicem coniuges sani mente et corpore existentes
palam recognoverunt et quilibet eorum suo prointeresse recognovit
Quia ipsi inter se mutuam et reciprocam advitalitatem ac ...
omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium summarum
quarumvis pecuniariarum tunc habitorum et in post favente divina cle
mentia acquirendorum ubivis locorum sitorum et existentium ad extrema vitae
sue tempora inscribunt et assecurant tali videlicet qui sequitur
modo Quodsi Deo omnipotente etiam volente Nobilem Albertum Malino
wski maritum quam Nobilem Mariannam Olszewska consortem eius de hac
luce decedere contigerit extunc praefata consors bona omnia mo
bilia et immobilia ubivis locorum consistentia summasque quascunque pecu
niarias ad extrema vitae sue tempora tenebit habebit possidebit ac
illis ad ultimum obitum seu decessum sui utifructuar post mortem
vero suam bona praefata omnia morte mariti sui devoluta in succes
sores praefati mariti sui devolui debent et devolventur sine quavis
contradictione sua vel suorum similiter etiam modo si et in quantum prius
supra nominatam Nobilem Mariannam Olszewska quam maritum eius mori
contigerit extunc praefatus maritus Nobilis Albertus Olszewski bona om
nia mobilia et immobilia ubivis locorum existentia summasque
quascunque pecuniarias tenebit habebit et possidebit illisque ad extrema
vitae sue tempora utifructuar post decessum vero de hac luce
summa nominata bona in successores praefatae ... sue devolui
debent et devolventur sine ulla contradictione ... suorum ...